

70. Excludit ergo hoc attributum omnem penitus divisionem DEI, non modò eam Essentiæ in partes distinctas: qua ratione res corporeæ sunt dividuæ: sed etiam illam, quæ institui potest inter essentiam & Qualitatem: secundum quam Angeli mutationem aliquam admiserunt, ut respectu Qualitatum sive accidentium concreatarum vel corrupti vel perfici potuerint: id quod tū ex lapsu malorum, confirmatione bonorum Angelorum tū ex apparet.

71. Neque obstat, quod DEVS secundum personas & hypostases est dividuus: siquidem nulla persona, partem aliquam essentiæ constituit: sed ita potius una & simplicissima essentia in tribus personis circa omnem compositionem subsistit: ut qualibet θεοσέων sive personarum seorsim considerata, ab ὑπόστασι sive Essentia, non nisi τῷ λόγῳ sive ratione differat: simul junctæ verò omnes tres hypostases, ab essentia Deitatis, neque τῷ λόγῳ, neque re ipsa differant, sed sint simplicissimè una illa divina Essentia, absolute intellecta. Qua de Quæstione tamen in sequente disputatione tertia ex professo differemus.

72. Quam ob causam, ad Essentiæ divinæ simplicitatem demonstrandam, attributa omnia in DEO dicuntur ὑπόσταση substantialia sive Essentialia, neque in censu numeroq; accidentium habentur; adeò ut cum ipsa essentiâ simplicissimè